



Bulla seu Eedula in materia fi sei
edita per S. dñm nostrū dñm Leo
nem. X. Pont. Max. Sacro appro
bante Concilio. Lecta publice per
Reueren. patrem dñm Archiep̄m
Gnezenen. Oratorem Serenissimi
Regis Kolonie: in Octaua Fessio
ne: in Lateran. Basilica celebrata.



2 - 12

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

Bulla seu Cedula in materia fidei:
edita per S. dñm nostrū dñm Leo
nem. X. Pont. Max. Sacro appro
bante Concilio. Lecta publice per
Reueren. patrem dñm Archiep̄m
Gnezenen. Oratorem Serenissimi
Regis Polonie: in Octaua Fessio
ne: in Lateran. Basilica celebrata.



LEO Episcopus seruus seruorum dei; Ad
perpetuam rei memoriā/Sacro approbante Concilio.
Apostolici regiminis sollicitudo nos assidue pulsat :
ut medendis animarū languoribus : quorum nos ex
alto omnipotens Auctor / curam habere uoluit / hiis
potissimū/qui instantius fideles nunc urgere cernuntur/
salutifero Olei & uini medicamine ad instar Sa-
maritani in Euangeliō / sollicitam operam impendi-
mus:ne nobis illud Ieremie obiiciatur; Nūquid Resi-
na non est in Galaad : aut Medicus non est ibi.Cum
itaq; diebus nostris(quod dolenter referimus) Ziza-
nie seminator/ antiquus humani generis hostis/non/
nullos perniciosissimos errores/a fidelibus semper ex-
plosos/ in agro dñi superseminare & augere sit ausus :
de natura presertim Animae rōnalis/ q; uidelicet mor-
talis sit/aut unica in cunctis hominibus.Et nonnulli
temere philosophantes / secundū saltē Philosophiā
uerum esse asseuerant • Contra h̄mōi pestem oportu-
na remedia adhibere cupientes / hoc sacro approbāte
Concilio/ damnamus & reprobamus omnes asseren-
tes Animā intellectuā mortalem esse; aut unicam in
cunctis hominibns;aut hoc in dubium uertentes/ cū
illa non solum uere per se & essentialiter humani cor-
poris forma existat; sicut in Canone felicis recorda-
tionis Clementis Pape Quinti predecessoris nostri in

generali Vienneñ. Concilio edito continetur. Verum & imortalis / & pro corpore quibus infunditur multitudo singulariter multiplicabilis & multiplicata & multiplicanda sit; quod manifeste constat ex Evangelio / cum dominus ait: Animā autem occidere non possunt. Et alibi: Qui odit animā suam in hoc mundo / in uitam eternam custodit eam. Et cū eterna premia & eterna supplicia pro merito uite iudicandis re-promittit/ aīs Incarnatio / & alia Christi mysteria nobis minime profuissent: nec Resurrectio expectanda foret: ac Sancti & iusti miserabiliores essent (iuxta Apostolum) cunctis hominibus. Cumq; uerum uero minime contradicat / omnem assertionem ueritati illuminate fidei contrariam omnino falsam esse diffini mus: & ut aliter dogmatizare non liceat districtius inhibemus: Omnesq; hmoī erroris assertionibus inherentes ueluti damnatissimas hereses seminates per omnia ut detestabiles & ab hominibus Hereticos & infideles/ Catholicam fidem labefactantes/ uitando & puniendo fore decernimus. Insuper omnibus & singulis Philosophis in Vniuersitatibus Studiorum generalium / & alibi publice legentibus districte precepiendo mandamus; ut cum Philosophorum principia / aut conclusiones: in quibus a recta fide deuiare noscuntur / Auditoribus suis legerint / seu explicaerint; Quale hoc de Anime mortalitate / aut unitate / &

mundi eternitate / ac alia hmoī teneantur eisdem ueritatem religionis christiane omni conatu manifestā facere / & persuadendo pro posse docere: ac omni studio hmoī Philosophorū argumenta / cum omnia solubilia existant / prouiribus excludere / atq; resoluere. ¶ Et cū non sufficiat aliquando tribulorū radices pre-scindere / nisi & ne iterum pullulent funditus euelleret / ac eorū semina / originalesq; causas unde facile oriū tur remouere. Cū precipue humane Philosophie studia diuturniora: quam deus / secundū uerbum Apostoli euacuauit / & stultam fecit / absq; diuine sapientie condimento: & que sine reuelate ueritatis lumine in errorem quandoq; magis inducunt / q; in ueritatis elucidationem. Ad tollendam omnem in premissis errandi occasionem / hac salutari Constitutione ordinamus & statuimus / ne quisquā decetero in sacris ordinibus constitutus secularis uel regularis / aut aīs ad illos a iure arctatus in studiis generalibus / uel alibi publice audiendo Philosophie / aut Poesis studiis ultra Quinquenniū post Grāmaticam & Dialeticam / sine aliquo studio Theologie / aut Iuris Pontificii incumbat. Verum dicto exacto Quinquennio / si etiam illis studiis insudare uoluerit / liberum sit ei / dum tamen simul / aut seorsum Theologie / aut sacris Canonibus operam uanauerit: ut in hiis sanctis & utilibus professionibus Sacerdotes domini inueniant / unde infe-

Etas Philosophie aut Poefis radices purgare & sanare
ualeant • Et hos Canones per Ordinarios locorum/
ubi generalia Studia uigent/& Rectores Vniuersita
rum eorundem Studioꝝ singulis Annis in principio
studii/ in uirtute sancte obedientie publicari manda
mus. ¶ Nulli ergo omnino hominū liceat hanc pagi
nam nostre damnationis/reprobationis/dissimulationis
inhibitionis/ decreti/ordinationis/statuti & mandati
infringere/uel ei ausu temerario contraire. Si quis au
tem hoc attemptare presumpserit/ indignationē om
nipotentis dei/ac beatorꝝ Petri & Pauli Apostolorum
eius se nouerit incursum. Dat⁹ Rome in publica
Sessione in Lateraneñ. sacrosancta Basilica solemnis
ter celebrata. Anno Incarnationis dominice Millesi
mo quingentesimotertiodecimo. Quartodecimo Kal.
Ianuarii. Pontificatus nostri Anno Primo.

P. Bembus.

D. de Comitibus.